

Franckesche Stiftungen zu Halle

Theologiae Studiosis in Academia Gryphica S.P.D. Jo. Lud. Würffel, P.P.

Würffel, Johann Ludwig

[Erscheinungsort nicht ermittelbar], [1717]

VD18 90811690

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)


Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197283](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-197283)





65. E. 12

65 E. 12



THEOLOGIE STUDIOSIS

in
Academia Gryphica

S. P. D.

JO. LUD. WÜRFEL ; P. P.



Celebramus hodiè, Cives Optimi, Festum illud Jubilæum Ecclesiæ Lutheranæ, quod primo Anni hujus die Ecclesiæ meæ pro Concione & Vobis in Programmate intimavi. Sanctum & solemne nobis hoc tempus est, tum ex pio Majorum nostrorum voto, tum ex Regis Clementissimi nostri speciali mandato. Magnum est, quod Deus nobis hoc die concessit beneficium, Pharisaismum per Christum ex Ecclesia proscriptum, per Papismum verò revocatum, homines miseros à luce in tenebras, à via salutis in perditionis viam abducentem, Ministerio D. Lutheri expellendo, & doctrinam salutis per sanctulos illos impostores depravatam pristinæ suæ puritati restituendo. Nostrum est, divinam hanc gratiam dignè pensitare & piis evehere laudibus, inque fideli custodire corde, ne vel incauti vel ingrati in Papismum retrolabamur. Non sufficit esse egressum ex Babylone, videndum quoque est, ne in laqueos dulcia carentis Babylonis iterum incidamus, illisque irretiti pereamus. Magnum fanè civitati huic Dei imminet periculum, dum non solum Papistæ hostili eam cingunt obsidione, sed &, qui cives haberi volunt, ut detestando parricidio in manus Papistarum tradant, omnes impendunt artes. Sunt hi Pietistæ in Ecclesia nostra nati & degentes, pharisaismum illum Papisticum in illam ut introducant, studentes, qui quo majorem pietatis speciem præ se ferunt, eò periculosiores evadunt. Hoc damnum ut ab Ecclesia avertatur, omnibus viribus laborandum est, quod ut fiat, hostes hi intestini eorumque fraudes & Stratagemata sunt detegenda, & Christiani armis, quibus hostibus his ob viam ire possint, muniendi. Hoc ut & ego, quantum in me est, faciam, officii mei à Deo & Rege mihi demandati ratio postulat. Hinc in Programmate citato vobis Lectiones & Disputationes Anti pietisticas promisi, & simul Facultatem nostram à suspitione Pietismi vindicavi. Hic animus, cum scriptum istud edidi, nullumque propositum fuit Dominum D. Gebhardi, Collegam æstumatissimum, cujus amicitiam nullo non tempore colui, lacescendi vel offendendi. Accidit verò præter spem & cogitata, ut tali dicendi genere usus sim, quod ansam statuendi præbuit, me prælaudatum Dominum D. Gebhardi indirectè Pietismi insinulavisse, cum itaque ille apud aulam Regiam conqvestus sit, per Programma famæ suæ injuriam esse illatam, S. R. Majestati placuit jubere,

re,

re, ut publico scripto illa ipsa restituatur, commissusque præcipitantiæ error agnoscat. Quemadmodum igitur omnem operam hæcenus impendi, ut obsequium, quo Augustissimo nostro Monarchæ obstrictus sum, palam probem, ita & huic mandato submissæ morem gerere officii religio exegit. Id quod publico scripto testor, errorem nimiamque festinationem fateor, simulque declaro, me nunquam Dn. D. Gebhardi pro pietista aut fautore pietismi habuisse nec adhuc habere, nihilque magis exoptare, quam ut Deus intestinas syrraxes à nobis avertat, animosque nostros in amore Veritatis divinæ jungat. Cæterum promissi memor constitui, si vobis placet, Lectiones privatas Antipietisticas aperire. Distulsem hoc negotium usque ad clementiorem anni tempestatem, nisi exterorum monita aliud svasissent. Dicam rem ipsam. Dominus Dassovius Superint. Gen. Ducat. Holsat. & Slesv. Anti pietista vere pius, ut Pietismo in Ecclesiis fidei suæ conceditis frenum injiceret, edidit fraternali alloquium de pura doctrina custodienda, in quo Speneri errores puræ doctrinæ adversos pio zelo refellit, cui alii iisdem in locis sese opposuere editis in lucem scriptis, in quibus Speneri errores non sine scandalo & damno Ecclesiæ Holsatorum contra Dassovium acriter defenduntur stylo. Unde maxime in Ecclesia Holsatica ortæ sunt turbæ. Motibus hisce sedandis & damnis avertendis quilibet Theologus vi vocationis divinæ omnem navare operam tenetur. Præter mandatum divinum Theologus Danus ex præcepto Serenissimi Danorum Regis obligatus est ad refutandum scripta pietistica etiam Pietismi solum suspecta. Mandatum Regium die 24 Sept. 1712. promulgatum inter alia hæc continet, quod cum decenti Zelo Sacerdotes se erroribus hodiè grassantibus opponere debeant, & auditores suos de suspectis libris fideliter admonere. Jam scripta nuper Dassovio opposita sunt libri grassantes hodiè errores Pietisticos defendentes. Theologi Ecclesiarum viciniorum præ longius disitis vigilare debent, ne pestis vicina etiam nostras inficiat regiones. Cum enim paries proximus ardet, res nostra agitur. Theologi Ecclesiarum ejusdem regni præ exteris arctiori coguntur vinculo. Holsatia jam & Pomerania eundem agnoscunt Regem, ecclesiarum utriusque Provinciæ communem Nutritorem. Si ego hic silerem, contra divina & regia mandato peccarem: Et si non obstantibus omnibus his argumentis silentium excusare possem, nescirem tamen, quid responderem Dassovio confessionem fidei meæ, i. e. judicium Theologicum efflagitanti. Dominus Dassovius enim intelligens
Fa-

Facultatem Gryphicam ad huc constantem in fidei puritate persistere, à Facultate nostra ut & à me petiit, ut quicquid de quaestionibus ipsum inter & Dn. D. Muhlium controversis nos Theologi Pomerani sentiamus, notum faciamus. Petenti vero rationem fidei meae Dassovio vi Mandati Petrini paratus esse teneor. Proposui igitur publico hoc Programmata diffensum meum à defensoribus Speneri & consensum cum Dn. Dassovio notum orbi facere, pararamata verò ipsa Speneriana contra Dassovium nuper defensa in Collegio privato suo loco vobis exponere, ut discatis Veritatem amplecti, Papismum Pietisticum regiones nostras infestantem fugere, Dassovium ceterosque Religionis Vindices venerari, & Spenerum reliquos, quos heterodoxos devitare, Valete, Dabam in ipsa Festivitate Jubilæa,

65 E 12

